This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

6000966671Z

Bibliotheca Sacra Parvulorum.

LIBELLUS PRIMUS.

HYMNORUM LATINORUM DELECTUS.

PARS PRIMA:

HYMNOS DE TEMPORE QUOS DICUNT VEL ORDINARIOS VEL PROPRIOS CONTINENS.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

LONDINI:
VENEUNT APUD J. ET F. H. RIVINGTON.
MDCCCLXI.

HYMNORUM LATINORUM DELECTUS.

Viro Reverendo Erudito
J. H. Leighton S.T.P.
grato animo D.D.
J. Gulc. Hewett

1470. 4. 1

HYMNORUM LATINORUM DELECTUS.

PARS PRIMA;

HYMNOS DE TEMPORE QUOS DICUNT VEL ORDINARIOS VEL PROPRIOS CONTINENS.

BIBLIOTHECA BODLEIANA OXONIENSIS

VENEUNT APUD J. ET F. H. RIVINGTON.

MDCCCLXI.

EXCUDEBANT S. STRAKER ET FILII, IN VICO DICTO BISHOPSGATE.

IN HOC FASCICULO CONTINENTUR:

PAGE

A Patre Unigenitus. XLIV. ANON. (Sb. Epiph. ad Laudes.) 31

A solis ortus cardine. XXXVIII. COELIUS SEDULIUS. (Sb. Nativ. ad Vesp. et Laudes. Circum. ad Vesp. et Laud. Epiph. ad Vesp.) 25

Ad coenam Agni providi. LXIV. AMBROSIANUS. (Sb. Temp. Pasch. ad 2 Vesp.) 48

Adam vetus quod polluit. XL. ver. 25. VENANTIUS FORTUNATUS. (Eb. Nat. ad Non.) 29

Adeste, fideles, laeti triumphantes. XLI. ANON. (Sequentia ex Graduali Cisterciensi.) 29

Adesto Sancta Trinitas. LXXIV. ANON. (Sb. Festo S. S. Trin. ad Vesp. et Mat.) 56

Aeterna Coeli Gloria. XV. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 6, ad Laudes.[1]) 10

Aeterne rerum Conditor. IX. S. AMBROSIUS. (Sb. Dom. ad Laudes.[1]) 8

Aeterne Rex Altissime. LXV. ANON. (Sb. Ascens. ad Vesp. et Mat.) 49

Agnoscat omne seculum. XL. VEN. FORTUNATUS. (Eb. Nat. ad Prim.) 28

Ales diei nuncius. XII. PRUDENTIUS. (Sb. Feria 3, ad Matut.[1]) 8

Alleluia, dulce carmen. XLVI. ANON. 33

Alma chorus Domini. LXXI. ANON. (Sb. Pentecost. ad Compl.) 54

Audi Benigne Conditor. L. S. GREGORIUS MAGNUS. (Sb. Quadrag. ad Laudes.[3]) 36

PAGE

Aurora jam spargit polum. XVI. AMBROSIANUS. (Sb. Sabbato ad Laudes.[1]) 11

Aurora lucis rutilat. LXIII. AMBROSIANUS. (Sb Temp Pasch. ad Mat.) 47

Beata nobis gaudia. LXXII. S. HILARIUS. (Sb. Pentecost. ad 2 Vesp.) 51

Chorus Novae Hierusalem. LXI. S. FULBERTUS CARNOTENSIS. (Sb. Dom. in Oct. Paschae, ad 1 Vesp.) . . 45

Christe Qui Lux es et Dies. XLVIII. AMBROSIANUS. (Sb. Quadr. usque ad Dom. 5, ad Compl.) 34

Christe Redemptor omnium. XXXVII. AMBROSIANUS. (Sb. Nativ. ad Mat. Circum. ad Mat. Epiph. ad Mat.) 24

Clarum decus jejunii. LIII. S. GREGORIUS MAGNUS. (Sb. Quadr. ad Mat.[4]) 38

Coeli Deus Sanctissime. XXIV. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 4, ad Vesp.[1]) 15

Coelos ascendit hodie. LXVIII. ANON. 51

Conditor Alme siderum. XXXI. AMBROSIANUS. (Sb. Adv. ad Vesp.) 20

Consors Paterni luminis. IV. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 3, ad Mat.[1]) 3

Corde Natus ex Parentis. XXXIX. PRUDENTIUS. (Herf. Nat. ad Prim. Eb.) 26

Corporis formam caduci. XXXIX. ver. 15. PRUDENTIUS. (Herf. Nat. at Tert. Eb.) 26

Crux benedicta nitet. LIX. VENANTIUS FORTUNATUS . 44

Cultor Dei memento. LVII. PRUDENTIUS. (Sb. Dom. Pass. ad Compl.) 41

Deus, Creator omnium. XXVII. S. AMBROSIUS. (Sb. Sabbato, ad Vesp.[1]) 17

Ecce, jam noctis tenuatur umbra. X. S. GREGORIUS MAGNUS. (Sb. Dom. et Fer. ad Laudes.[2]) 7

Ecce, Quem vates vetustis. XXXIX. ver. 29. PRUDENTIUS. (Herf. Nat. ad Sext. Eb.) 27

PAGE

Ecce, tempus idoneum. LII. S. GREGORIUS MAGNUS. (Sb. Quadr. ad Vesp.[4]) 37

Ex more docti mystico. XLVII. AMBROSIANUS. (Sb. Quadr. ad Vesp.[3]) 33

Hostis Herodes impie. XLIII. COELIUS SEDULIUS. (Sb. Epiph. ad Vesp.) 31

Hymnum canamus gloriae. LXVII. S. BAEDA VENERABILIS. (Eb. Ascens. ad Mat.) 51

Impleta gaudent viscera. LXIX. ver. 17. AMBROSIANUS. (Sb. Pentecost. ad Laud.) 52

Immense coeli Conditor. XXII. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 2, ad Vesp.[1]) 14

Jam Christus astra ascenderat. LXIX. AMBROSIANUS. (Sb. Pentecost. ad 1 Vesp. et Mat.) 52

Jam lucis orto sidere. XVII. AMBROSIANUS. (Sb. Dom. et Fer. ad Prim.) 11

Jam lucis. *Aliter e Breviario Parisiensi.* 12

Jam ter quarternis trahitur. LI. AMBROSIANUS. (Eb. Sabbato ante Dom. 3 Quadr. ad Vesp.) 36

Jesu nostra Redemptio. LXVI. AMBROSIANUS. (Sb. Ascens. ad Compl.) 50

Jesu quadragenariae. LIV. S. HILARIUS. (Sb. Quadr. ad Laud.[4]) 38

Jesu Salvator seculi. LXII. ANON. (Sb. In Oct. Paschae, ad Compl.) 46

Juste Judex mortuorum. XXXIX. ver. 43. PRUDENTIUS. (Herf. Nat. ad Non. Eb.) 27

Laudes Deo devotas. LXXIII. C. NOTKERI (?) SEQUENTIA. (Eb. Fer. 2, post Pent. a Compl.) 55

Lucis Creator Optime. XXI. AMBROSIANUS. (Sb. Dom. ad Vesp.[1,2]) 14

Lustra sex Qui jam peracta. LVIII. ver. 31. VEN. FORTUNATUS. (Sb. Dom. Pass. ad Laud.) 42

PAGE

Lux ecce surgit aurea. XIV. PRUDENTIUS. (Sb. Feria 5, ad Laud.[1]) 10

Magnae Deus potentiae. XXV. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 5, ad Vesp.[1]) 16

Maria ventre concipit. XL. ver. 9. VEN. FORTUNATUS. (Eb. Nat. ad Tert.) 28

Nocte surgentes vigilemus omnes. II. S. GREGORIUS MAGNUS. (Sb. Dom. et Fer. ad Mat.[2]) 2

Nox atra rerum contegit. VI. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 5, ad Mat.[1]) 4

Nox, et tenebrae, et nubila. XIII. PRUDENTIUS. (Sb. Feria 4, ad Laud.[1]) 9

Nunc Sancte nobis Spiritus. XVIII. AMBROSIANUS. (Sb. Dom. et Fer. ad Tert.) 13

O Lux Beata Trinitas. XXVIII. AMBROSIANUS. (Sb. Sabbato, ad Vesp.[2]) 18

O Nazarene, Lux Bethlem. LV. PRUDENTIUS 39

O Pater Sancte, Mitis, atque Pie. LXXV. ANON. (Sb. Festo S. S. Trin. ad Laud.) 56

O quanta qualia sunt illa Sabbata. XXX. ANON. . . . 19

O sola magnarum urbium. XLV. PRUDENTIUS. . . . 32

Pange, lingua, gloriosi. LVIII. VEN. FORTUNATUS. (Sb. Dom. Pass. ad Mat.) 42

Plasmator hominis Deus. XXVI. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 6, ad Vesp.[1]) 17

Primo dierum omnium. I. S. GREG. MAGNUS. (Sb. Dom. ad Mat.[1]) 1

Praesepe poni pertulit. XL. ver. 17. VEN. FORTUNATUS. (Eb. Nat. ad Sext.) 28

Puer Natus in Bethlehem. XLII. ANON. 30

Rector Potens, Verax Deus. XIX. AMBROSIANUS. (Sb. Dom. et Fer. ad Sext.) 13

Rerum Creator Optime. V. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 4, ad Mat.[1]) 3

PAGE.

Rerum Deus Tenax Vigor. XX. AMBROSIANUS. (Sb. Dom. et Fer. ad Non.) 13
Salvator mundi Domine. XXXVI. ANON. (Sb. Nat. ad Comp.) 23
Sermone blando Angelus. LXIII. ver. 21. AMBROSIANUS. (Sb. Temp. Pasch. ad Laud.) 47
Sompno refectis artubus. III. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 1 ad Mat.[1]) 2
Splendor Paternae Gloriae. XI. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 2, ad Laud.[1]) 7
Summae Deus clementiae. VIII. AMBROSIANUS. (Sb. Sabbato ad Mat.[1]) 5
Summi Largitor praemii. XLIX. S. GREG. MAGNUS. (Sb. Quadr. ad Mat.[3]) 35
Surrexit CHRISTUS hodie. LX. ANON. 44
Te Deum Patrem colimus. LXXVI. ANON. 57
Te lucis ante terminum. XXIX. AMBROSIANUS. (Sb. per annum, ad Compl.) 18
Telluris Ingens Conditor. XXIII. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 3, ad Vesp.[1]) 15
Tu, Christe, nostrum Gaudium. LXV. ver. 17. ANON. Ascens. ad Laud.) 49
Tu, Trinitatis Unitas. VII. AMBROSIANUS. (Sb. Feria 6, ad Mat,[1]) 5
Veni, Creator Spiritus. LXX. CAROLUS MAGNUS. (Sb. Pentec. ad Tert.) 53
Veni, Redemptor gentium. XXXV. S. AMBROSIUS. (Sb. Nativ. ad Vesp.) 22
Veni, veni, Emmanuel. XXXIV. ANON 22
Verbum Supernum Prodiens. XXXII. AMBROSIANUS. (Sb. Adv. ad Mat.) 21
Vexilla Regis prodeunt. LVI. VEN. FORTUNATUS. (Sb. Dom. Pass. ad Vesp.) 40

PAGE

Vox clara ecce intonat. XXXIII. AMBROSIANUS. (Sb. Adv. ad Laud.) 21

[1]A *Domine ne in ira* (sc. Dom. 1 post Epiph.) ad Quadragesimam.

[2]A *Deus omnium* (sc. Dom. 1 post Fest. S. S. Trinitatis) ad Adventum.

[3]Usque ad Dom. 3.

[4]A Dom. 3, usque ad Dom. 5.

Sb.=Secundum usum Eccle. Sarisburiensis.

Eb.=Eccle. Eboracensis

Herf.=Eccle. Herfordensis

HYMNORUM LATINORUM DELECTUS.

I. Primo dierum omnium,
quo mundus exstat conditus,
vel quo Resurgens CONDITOR
nos morte victa liberat;
pulsis procul torporibus, 5
surgamus omnes ocius,
et nocte quaeramus PIUM,
sicut Prophetam novimus;
nostras preces ut audiat,
Suamque Dextram porrigat, 10
ut expiatos sordibus
reddat polorum sedibus;
ut, quique sacratissimo
hujus diei tempore
horis quietis psallimus, 15
donis beatis muneret.
Jam nunc, Paterna Claritas,
Te postulamus affatim:
absit libido sordidans,
omnisque actus noxius; 20
ne foeda sit vel lubrica
compago nostri corporis,
per quam Averni ignibus
ipsi crememur acrius.

Ob hoc, REDEMPTOR, quaesumus, 25
ut probra nostra diluas;
vitae perennis commoda
nobis benigne conferas;
quo carnis actu exsules,
effecti ipsi caelibes, 30
ut praestolemur cernui
melos canamus gloriae.
Praesta, PATER Piissime,
PATRIS que Compar UNICE,
cum SPIRITU PARACLITO 35
Regnans per omne seculum. Amen.

II. Nocte surgentes vigilemus omnes,
semper in psalmis meditemur, atque
viribus totis DOMINO canamus
dulciter hymnos;
ut Pio REGI pariter canentes, 5
cum Suis Sanctis mereamur aulam
ingredi Coeli, simul et beatam
ducere vitam.
Praestet hoc nobis DEITAS Beata
PATRIS, ac NATI, pariterque SANCTI 10
SPIRITUS, Cujus reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

III. Sompno refectis artubus,
spreto cubili surgimus;
nobis, PATER, canentibus
adesse Te deposcimus.

Te lingua primum concinat, 5
Te mentis ardor ambiat;
ut actuum sequentium
Tu, SANCTE, sis Exordium.
Cedant tenebrae lumini,
et nox diurno sideri, 10
ut culpa quam nox intulit
lucis labascat munere.
Precamur idem supplices,
noxas ut omnes amputes,
et ore Te canentium 15
lauderis in perpetuum.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

IV. CONSORS Paterni luminis,
Lux Ipse lucis, et Dies;
noctem canendo rumpimus,
assiste postulantibus;
aufer tenebras mentium, 5
fuga catervas daemonum,
expelle somnolentiam,
ne pigritantes obruat;
sic, CHRISTE, nobis omnibus
indulgeas credentibus, 10
ut prosit exorantibus,
quod praecinentes psallimus.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

V. Rerum CREATOR Optime,
Rectorque noster, aspice,
nos a quiete noxia
mersos sopore libera.

Te, Sancte CHRISTE, poscimus, 5
ignosce Tu criminibus;
ad confitendum surgimus,
morasque noctis rumpimus;
mentes manusque tollimus,
Propheta sicut noctibus 10
nobis gerendum praecipit,
Paulusque gestis censuit;
vides malum quod gessimus,
occulta nostra pandimus,
preces gementes fundimus, 15
dimitte quod peccavimus.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

VI. NOX atra rerum contegit
terrae colores omnium;
nos confitentes poscimus
Te, Juste JUDEX cordium,
ut auferas piacula, 5
sordesque mentis abluas,
donesque, CHRISTE, gratiam
ut arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia,
quam culpa mordet noxia; 10
obscura gestit tollere,
et Te, REDEMPTOR, quaerere;
repelle Tu caliginem
intrinsecus quam maxime,
ut in beato gaudeat 15
se collocari lumine.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

VII. Tu TRINITATIS UNITAS,
orbem potenter Qui regis,
attende laudum cantica
quae excubantes psallimus;
nam lectulo consurgimus 5
noctis quieto tempore,
ut flagitemus vulnerum
a Te medelam omnium;
quo fraude quicquid daemonum
in noctibus deliquimus, 10
abstergat illud coelitus
Tuae potestas gloriae;
ne corpus assit sordidum,
nec torpor instet cordium,
nec criminis contagio 15
tepescat ardor spiritus;
ob hoc, REDEMPTOR, quaesumus,
reple Tuo nos lumine,
per quod dierum circulis
nullis ruamus actibus. 20
Praesta, PATER Piissime. (I.)

VIII. Summae DEUS clementiae,
mundique Factor machinae,
UNUS potentialiter,
TRINUS que Personaliter;
nostros Pius cum cantibus 5
fletus benigne suscipe,
quo corde puro sordibus
Te perfruamur largius;

lumbos jecúrque morbidum
adure igne congruo, 10
accincti ut sint perpetim,
luxu remoto pessimo;
ut quique horas noctium
nunc concinendo rumpimus,
donis Beatae Patriae 15
ditemur omnes affatim.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

IX. Aeterne rerum CONDITOR,
noctem diemque Qui regis,
et temporum das tempora,
ut alleves fastidium;
praeco diei jam sonat, 5
noctis profundae pervigil,
nocturna lux viantibus,
a nocte noctem segregans;
hoc excitatus lucifer
solvit polum caligine, 10
hoc omnis erronum cohors
viam nocendi deserit;
hoc nauta vires colligit,
pontique mitescunt freta;
hoc Ipsa Petra Ecclesiae 15
canente culpam diluit;
surgamus ergo strenue;
gallus jacentes excitat,
et somnolentos increpat,
gallus negantes arguit; 20

gallo canente spes redit,
aegris salus refunditur,
mucro latronis conditur,
lapsis fides revertitur.
JESU, labentes respice, 25
et nos videndo corrige;
si respicis lapsus cadunt,
fletuque culpa solvitur.
Tu, LUX, refulge sensibus,
mentisque sompnum discute; 30
Te nostra vox primum sonet,
et vota solvamus Tibi.
DEO PATRI sit gloria,
Ejusque Soli FILIO,
cum SPIRITU PARACLITO, 35
et nunc et in perpetuum. Amen.

X. Ecce, jam noctis tenuatur umbra,
lucis aurora rutilans coruscat;
nisibus totis rogitemus omnes
CUNCTIPOTENTEM;
ut DEUS noster miseratus omnem 5
pellat languorem, tribuat salutem,
donet et nobis pietate Patris
Regna polorum.
Praestet hoc nobis DEITAS Beata. (II.)

XI. SPLENDOR Paternae Gloriae,
de Luce lucem proferens,
Lux lucis, et Fons luminis,
Dies diem illuminans,

Verusque Sol, illabere, 5
Micans nitore perpeti,
Jubarque SANCTI SPIRITUS
infunde nostris sensibus.
Votis vocemus et PATREM,
PATREM perennis gloriae, 10
PATREM potentis gratiae,
culpam releget lubricam,
informet actus strenuos,
dentem retundat invidi,
casus secundet asperos, 15
donet gerendi gratiam,
mentem gubernet et regat
casto fideli corpore,
fides calore ferveat,
fraudis venena nesciat; 20
CHRISTUS que nobis sit Cibus,
potusque noster sit fides;
laeti bibamus sobriam
ebrietatem SPIRITUS.
Laetus dies hic transeat, 25
pudor sit ut diluculum,
fides velut meridies,
crepusculum mens nesciat.
Aurora cursus provehit,
aurora Totus prodeat 30
in PATRE Totus FILIUS,
et Totus in VERBO PATER.
DEO PATRI sit gloria. (IX.)

XII. Ales diei nuncius
lucem propinquam praecinit;

nos Excitator mentium
jam CHRISTUS ad vitam vocat.
Auferte, clamat, lectulos, 5
aegros, soporos, desides;
castique, recti, ac sobrii
vigilate; jam sum Proximus.
JESUM clamus vocibus,
flentes, precantes, sobrii; 10
intenta supplicatio
dormire cor mundum vetat.
Tu CHRISTE, somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu solve peccatum vetus, 15
novumque lumen ingere.
DEO PATRI sit gloria. (IX.)

XIII. NOX, et tenebrae, et nubila,
confusa mundi, et turbida,
lux intrat, albescit polus,
CHRISTUS venit, discedite;
caligo terrae scinditur, 5
percussa solis spiculo,
rebusque jam color redit
vultu nitentis sideris.
Te, CHRISTE, Solum novimus;
Te, mente pura et simplici, 10
flendo, canendo, quaesumus,
intende nostris sensibus.
Sunt multa fucis illita,
purgata luce quae Tua
Tu Lux Eoi Sideris 15

Vultu sereno illumina.
Deo Patri sit gloria. (IX.)

XIV. Lux ecce surgit aurea;
pallens facessat caecitas,
quae nosmet in praeceps diu
errore traxit devio;
haec lux serenum conferat, 5
purosque nos praestet sibi;
nihil loquamur subdolum,
volvamus obscurum nihil;
sic tota decurrat dies,
ne lingua mendax, ne manus, 10
oculive peccent lubrici,
ne noxa corpus inquinet.
Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus
actusque nostros prospicit, 15
a luce prima in vesperum.
Deo Patri sit gloria. (IX.)

XV. Aeterna Coeli Gloria,
Beata Spes mortalium,
Celsi Tonantis Unice,
castaeque Proles Virginis;
da dexteram surgentibus, 5
exsurgat et mens sobria,
flagransque in laudem Dei
grates rependat debitas.

Ortus refulget lucifer,
ipsamque lucem nunciat, 10
cadit caligo noctium,
lux sancta nos illuminet,
manensque nostris sensibus
noctem repellat seculi,
omnique fine diei 15
purgata servet pectora;
quaesita jam primum fides
radicet altis sensibus,
secunda spes congaudeat,
tunc major exstet caritas. 20
Deo Patri sit gloria. (IX.)

XVI. Aurora jam spargit polum,
terris dies illabitur,
lucis resultat spiculum,
discedat omne lubricum,
phantasma noctis decidat, 5
mentis reatus subruat,
quicquid tenebris horridum
nox attulit culpae cadat;
ut Mane Illud Ultimum
quod praestolamur cernui, 10
in lucem nobis effluat,
dum hoc canore concrepat.
Deo Patri sit gloria. (IX.)

XVII. Jam lucis orto sidere,
Deum precemur supplices,
ut in diurnis actibus
nos servet a nocentibus;

linguam refrenans temperet, 5
ne litis horror insonet;
visum fovendo contegat,
ne vanitates hauriat;
sint pura cordis intima,
absistat et vecordia; 10
carnis terat superbiam
potus cibique parcitas;
ut, quum dies abscesserit,
noctemque sors reduxerit,
mundi per abstinentiam 15
Ipsi canamus gloriam.
Praesta, Pater Piissime. (I.)

Aliter.

Jam lucis orto sidere,
Deum precemur supplices,
nostras ut Ipse dirigat,
Lux Increata, semitas;
nil lingua, nil peccet manus, 5
nil mens inane cogitet;
in ore simplex veritas,
in corde regnet caritas.
Incepta dum fluet dies,
O Christe, Custos Pervigil, 10
quas saevus Hostes obsidet,
portas tuere sensuum;
praesta diurnus ut Tuae
subserviat laudi labor,
Auctore quae Te coepimus, 15
da Te Favente prosequi;

superba ne nimis caro
menti licenter imperet,
carnis domet superbiam
potus cibique parcitas. 20

XVIII. Nunc SANCTE nobis SPIRITUS,
Unum PATRI cum FILIO,
dignare Promptus ingeri
nostro Refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor, 5
confessionem personent;
flammescat igne caritas,
accendat ardor proximum.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XIX. RECTOR Potens, Verax DEUS,
Qui temperas rerum vices,
splendore mane instruis,
et ignibus meridiem;
exstingue flammas litium, 5
aufer calorem noxium,
confer salutem corporum,
veramque pacem cordium.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XX. Rerum DEUS Tenax Vigor,
Immotus in Te Permanens,
lucis diurna tempora
successibus Determinans;
largire clarum vespere, 5
quo vita nusquam decidat,

sed praemium mortis sacrae
perennis instet gloria.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XXI. Lucis CREATOR Optime,
lucem dierum Proferens,
primordiis lucis novæ
mundi Parans originem,
Qui mane junctum vesperi 5
diem vocari praecipis;
tetrum chaos illabitur,
audi preces cum fletibus;
ne mens gravata crimine
vitae sit exsul munere, 10
dum nil perenne cogitat,
seseque culpis illigat;
coelorum pulset ostium,
vitale tollat praemium,
vitemus omne noxium, 15
purgemus omne pessimum.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XXII. Immense coeli CONDITOR,
Qui, mixta ne confunderent,
aquae fluenta Dividens,
coelum dedisti limitem;
Firmans locum coelestibus, 5
simulque terrae rivulis,
ut unda flammas temperet,
terrae ne solum dissipent;

infunde nunc, Piissime,
donum perennis gratiae, 10
fraudis novae ne casibus
nos error atterat vetus ;
lucem fides inveniat,
sic luminis jubar ferat,
pace vana cuncta terreat, 15
hanc falsa nulla comprimant.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XXIII. Telluris Ingens CONDITOR,
mundi solum Qui Eruens,
pulsis aquæ molestiis,
terram dedisti immobilem ;
ut germen aptum proferens, 5
fulvis decora floribus,
fecunda fructu sisteret,
pastumque gratum redderet ;
mentis perustae vulnera
munda viroris gratia, 10
ut facta fletu diluat,
motusque pravos atterat ;
jussis Tuis obtemperet,
nullis malis approximet,
bonis repleri gaudeat, 15
et mortis actum nesciat.
Praesta, Pater Piissime. (I.)

XXIV. Coeli DEUS Sanctissime,
Qui lucidum centrum poli
candore pingis igneo,
Augens decoro lumine ;

quarto die Qui flammeam 5
solis rotam Constituens,
lunae ministras ordinem,
vagosque cursus siderum;
ut noctibus vel lumini
direptionis terminum, 10
primordiis et mensium
signum dares notissimum;
illumina cor hominum,
absterge sordes mentium,
resolve culpae vinculum, 15
everte moles criminum.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XXV. Magnae DEUS potentiae,
Qui ex aquis ortum genus,
partim remittis gurgiti,
partim levas in aera;
demersa lymphis Imprimens, 5
subvecta coelis Erigens,
ut stirpe una prodita
diversa rapiant loca;
largire cunctis servulis
quos mundat unda Sanguinis, 10
nescire lapsus criminum,
nec ferre mortis taedium;
ut culpa nullum deprimat,
nullum levet jactantia, 15
elisa mens ne concidat,
elata mens ne corruat.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XXVI. Plasmator hominis Deus,
Qui, cuncta Solus Ordinans,
humum jubes producere
reptantis et ferae genus;
Qui magna rerum corpora, 5
dictu Jubentis vivida,
ut serviant per ordinem,
Subdens dedisti homini;
repelle a servis Tuis
quicquid per immunditiam 10
aut moribus se suggerit,
aut actibus se interserit;
da gaudiorum praemia,
da gratiarum munera,
dissolve litis vincula, 15
astringe pacis foedera.
Praesta, Pater Piissime. (I.)

XXVII. Deus Creator omnium,
polique Rector, Vestiens
diem decoro lumine,
noctem soporis gratia,
artus solutos ut quies 5
reddat laboris usui,
mentesque fessas allevet,
luctusque solvat anxios;
grates peracto jam die,
et noctis exortu preces, 10
voti reos ut adjuves,
hymnum canentes solvimus.
Te cordis ima concinant,
Te vox canora concrepet,

Te diligat castus amor, 15
Te mens adoret sobria;
ut quum profunda clauserit
diem caligo noctium,
fides tenebras nesciat,
et lux fidei luceat. 20
Dormire mentem ne sinas,
dormire culpa noverit;
castos fides refrigerans
sompni vaporem temperet.
Exuta sensu lubrico 25
Te cordis alta somnient,
ne Hostis invidi dolo
pavor quietos suscitet.
CHRISTUM rogemus, et PATREM,
CHRISTI PATRIS que SPIRITUM; 30
UNUS Potens per omnia,
fove precantes TRINITAS. Amen.

XXVIII. O Lux Beata TRINITAS,
et principalis UNITAS;
jam sol recedit igneus,
infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine, 5
Te deprecemur vespere,
Te nostra supplex gloria
per cuncta laudet secula.
Praesta, PATER Piissime. (I.)

XXIX. Te lucis ante terminum,
Rerum CREATOR, poscimus,
ut solita clementia
sis Praesul ad custodiam;

procul recedant sompnia, 5
et noctium phantasmata;
Hostemque nostrum comprime,
ne polluantur corpora.
Praesta, PATER Omnipotens,
per JESUM CHRISTUM DOMINUM, 10
Qui Tecum in perpetuum
regnat cum SANCTO SPIRITU. Amen.

XXX. O quanta qualia sunt illa sabbata,
quae semper celebrat Superna Curia,
quae fessis requies, quae merces fortibus,
quum erit omnia DEUS in omnibus!
Qui REX, quae Curia, quale Palatium, 5
quae pax, quae requies, quod illud gaudium?
hujus participes exponant gloriae,
si quantum sentiunt possint exprimere.
Vere Jerusalem est illa civitas,
cujus pax jugis est summa jocunditas, 10
ubi non praevenit rem desiderium,
nec desiderio minus est praemium.
Ibi molestiis finitis omnibus
securi cantica Sion cantabimus,
et juges gratias de donis gratiae 15
beata referet plebs Tibi, DOMINE.
Illic nec sabbato succedit sabbatum,
perpes laetitia Sabbatizantium,
nec ineffabiles cessabunt jubili,
quos decantabimus et nos et Angeli. 20
Nostrum est interim mentes erigere,
et totis patriam votis appetere,

et ad Jerusalem a Babylonia
post longa regredi tandem exsilia.
Perenni DOMINO perpes sit gloria, 25
ex Quo sunt, per Quem sunt, in Quo sunt omnia;
ex Quo sunt, PATER est; per Quem sunt, FILIUS;
in Quo sunt, PATRIS et FILII SPIRITUS. Amen.

XXXI. CONDITOR Alme siderum,
Aeterna Lux credentium,
CHRISTE REDEMPTOR omnium,
exaudi preces supplicum;
Qui Condolens interitu 5
mortis perire seculum,
salvasti mundum languidum,
Donans reis remedium;
vergente mundi vespere,
uti Sponsus de thalamo, 10
Egressus honestissima
Virginis Matris clausula;
Cujus forti potentiae
genu curvantur omnia,
coelestia, terrestria, 15
fatentur nutu subdita.
Te deprecamur, HAGIE,
Venture JUDEX seculi,
conserva nos in tempore
Hostis a telo perfidi. 20
Laus, honor, virtus, gloria,
DEO, PATRI et FILIO,
SANCTO simul PARACLITO,
in sempiterna secula. Amen.

XXXII. VERBUM Supernum Prodiens,
a PATRE olim Exiens,
Qui Natus orbi subvenis
cursu declini temporis;
illumina nunc pectora, 5
Tuo amore concrema,
audito ut praeconio
sint pulsa tandem lubrica;
JUDEX que quum post aderis
rimari facta pectoris, 10
Reddens vicem pro abditis,
justisque Regnum pro bonis;
non demum arctemur malis,
pro qualitate criminis,
sed cum Beatis compotes 15
simus perennes Coelibes.
Laus, honor, virtus, gloria. (XXXI.)

XXXIII. Vox clara ecce intonat,
obscura quaeque increpat;
pellantur eminus sompnia,
ab aethere CHRISTUS promicat;
mens jam resurgat torpida, 5
quae sorde exstat saucia;
Sidus refulget jam Novum,
ut tollat omne noxium;
Esursum AGNUS mittitur,
laxare gratis debitum; 10
omnes pro indulgentia
vocem demus cum lacrimis;

secundo ut quum fulserit,
mundumque horror cinxerit,
non pro reatu puniat, 15
sed Pius nos tunc protegat.
Laus, honor, virtus, gloria. (XXXI.)

XXXIV. Veni, veni, EMMANUEL,
captivum solve Israel,
qui gemit in exsilio,
privatus DEI FILIO.
Gaude, gaude, EMMANUEL 5
nascetur pro te, Israel.
Veni, o JESSE VIRGULA,
ex Hostis Tuos ungula,
de specu Tuos Tartari,
educ, et antro barathri. Gaude. 10
Veni, veni o ORIENS,
solare nos Adveniens,
noctis dispelle nebulas,
dirasque noctis tenebras. Gaude.
Veni, CLAVIS DAVIDICA, 15
Regna reclude Coelica,
fac iter tutum superum,
et claude vias inferum. Gaude.
Veni, veni, ADONAI,
Qui populo in Sinai 20
legem dedisti vertice,
in Majestate gloriae. Gaude.

XXXV. Veni REDEMPTOR gentium,
ostende Partum Virginis;
miretur omne seculum;
talis decet partus DEUM.

Non ex virili semine, 5
sed Mystico Spiramine,
VERBUM DEI factum est Caro,
Fructusque ventris floruit.
Alvus tumescit Virginis,
claustra pudoris permanent, 10
vexilla virtutum micant,
versatur in templo DEUS.
Procedit e thalamo Suo,
pudoris aula regia,
geminae Gigas substantiae, 15
Alacris ut currat viam.
Egressus Ejus a PATRE,
regressus Ejus ad PATREM,
excursus usque ad Inferos,
recursus ad Sedem DEI. 20
Aequalis Aeterno PATRI,
carnis stropheo accingere,
infirma nostri corporis
virtute Firmans perpetim.
Praesepe jam fulget Tuum, 25
lumenque nox spirat novum,
quod nulla nox interpolet,
fideque jugi luceat.
DEO PATRI sit gloria. (IX.)

XXXVI. SALVATOR mundi DOMINE,
Qui nos salvasti hodie,
in hac nocte nos protege,
et salva omni tempore;
adesto nunc propitius, 5
et parce supplicantibus,

Tu dele nostra crimina,
Tu tenebras illumina;
ne mentem sompnus opprimat,
nec Hostis nos surripiat, 10
nec ullis caro, petimus,
commaculetur sordibus.
Te, Reformator sensuum,
votis precamur cordium,
ut puri castis mentibus 15
surgamus a cubilibus.
Deo Patri sit gloria. (IX.)

XXXVII. Christe Redemptor omnium,
ex Patre Patris Unice,
Solus ante principium
Natus ineffabiliter;
Tu Lumen, Tu Splendor Patris, 5
Tu Spes Perennis omnium;
intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli;
memento Salutis Auctor,
quod nostri quondam corporis, 10
ex illibata Virgine,
nascendo formam sumpseris;
hic praesens testatur dies
currens per anni circulum,
quod Solus a Sede Patris 15
mundi Salus adveneris;
hunc coelum, terra, hunc mare,
hunc omne quod in eis est,
auctorem adventus Tui
laudat exsultans cantico; 20

nos quoque qui sancto Tuo
redempti sumus Sanguine,
ob diem natalis Tui
hymnum novum concinimus.
Gloria Tibi DOMINE, 25
Qui Natus es de Virgine,
cum PATRE et SANCTO SPIRITU,
in sempiterna secula. Amen.

XXXVIII. A solis ortus cardine
ad usque terrae limitem,
CHRISTUM canamus Principem,
Natum Maria Virgine.
Beatus Auctor seculi 5
servile corpus induit,
sic carne carnem Liberans,
ne perderet quos condidit.
Castae Parentis viscera
Coelestis intrat gratia, 10
venter Puellae bajulat
secreta quae non noverat;
domus pudici pectoris
templum repente fit DEI,
intacta, nesciens virum, 15
concepit alvo Filium;
enixa est Puerpera
Quem Gabriel praedixerat,
Quem matris alvo gestiens
clausus Joannes senserat; 20
feno jacere pertulit,
praesepe non abhoruit,

parvoque lacte pastus est,
per Quem nec ales esurit.
Gaudet Chorus Coelestium, 25
et Angeli canunt DEO,
palamque fit pastoribus
PASTOR, CREATOR omnium.
Gloria Tibi, DOMINE. (XXXVII.)

XXXIX. Corde Natus ex PARENTIS,
ante mundi exordium,
Alpha et O Cognominatus,
Ipse Fons et Clausula
omnium quae sunt, fuerunt, 5
quaeque post ventura sunt,
seculorum seculis.
Ipse jussit et creata,
dixit Ipse et facta sunt,
terra, coelum, fossa ponti, 10
trina rerum machina,
quaeque in his vigent sub alto
solis et lunae globo,
seculorum seculis.
Corporis formam caduci, 15
membra morti obnoxia,
induit ne gens periret
protoplasti ex germine,
merserat quam lex profundo
noxialis Tartaro, 20
seculorum seculis.
O beatus ortus ille!
Virgo quae Puerpera
edidit nostram SALUTEM,

feta SANCTO SPIRITU, 25
et PUER, REDEMPTOR orbis,
Os Sacratum protulit,
seculorum seculis.
Ecce, Quem Vates vetustis
concinebant seculis, 30
Quem Prophetarum fideles
paginae spoponderant,
emicat Promissus olim,
cuncta collaudent Eum,
seculorum seculis. 35
Psallat altitudo Coeli,
psallite omnes Angeli,
quicquid est virtutis usquam
psallat in laudem DEI,
nulla linguarum silescat, 40
vox et omnis consonet,
seculorum seculis.
Juste JUDEX mortuorum,
Juste REX viventium,
Dexter in PARENTIS arce 45
Qui cluis virtutibus,
omnium Venturus inde
Justus ULTOR criminum,
seculorum seculis.
Te senes et Te juventus, 50
parvulorum Te chorus,
turba matrum virginumque,
simplices puellulae,
voce concordes, pudicis
perstrepant concentibus 55
seculorum seculis.

Tibi CHRISTE sit cum PATRE,
HAGIO que SPIRITU,
hymnus, melos, laus perennis,
gratiarum actio, 60
honor, virtus, et potestas,
regnum aeternaliter,
seculorum seculis. Amen.

XL. Agnoscat omne seculum
venisse vitae Praemium,
post Hostis asperi jugum
apparuit Redemptio.
Esaias quae praecinit 5
completa sunt in Virgine;
annunciavit Angelus,
SANCTUS replevit SPIRITUS.
Maria ventre concipit
VERBI fideli semine, 10
Quem totus orbis non capit
portant puellae viscera.
Radix Jesse jam floruit,
et Virga Fructum edidit,
foecunda Partum protulit, 15
et Virgo Mater permanet.
Praesepe poni pertulit
Qui lucis Auctor exstitit;
cum PATRE coelos condidit,
sub Matre pannos induit. 20
Legem dedit Qui seculo,
Cujus decem praecepta sunt,
dignando factus est Homo,
sub legis esse vinculo.

Adam vetus quod polluit 25
Adam Novus hoc abluit,
tumens quod ille dejicit
Humillimus Hic erigit.
Jam nata Lux est et Salus,
fugata nox, et victa mors ; 0
venite gentes, credite,
DEUM Maria protulit.
Gloria Tibi, DOMINE. (XXXVII.)

XLI. Adeste, fideles, laeti triumphantes,
venite, venite, in Bethlehem ;
NATUM videte, REGEM Angelorum ;
venite adoremus, venite adoremus,
venite adoremus DOMINUM. 5
DEUM de DEO, LUMEN de LUMINE,
gestant Puellae viscera ;
DEUM Verum, Genitum non Factum ;
venite adoremus.
En, grege relicto, humiles ad cunas 10
vocati pastores approperant ;
et nos ovanti gradu festinemus ;
venite adoremus.
Aeterni PARENTIS SPLENDOREM Aeternum
Velatum sub carne videbimus, 15
DEUM Infantem, pannis Involutum ;
venite adoremus.
Pro nobis Egenum, et feno Cubantem,
piis foveamus amplexibus ;
sic nos Amantem, quis non redamaret ? 20
venite adoremus.

Cantet nunc hymnos Chorus Angelorum ;
cantet nunc Aula Coelestium :
GLORIA IN EXCELSIS DEO ;
venite adoremus. 25
Ergo Qui Natus die hodierna,
JESU, Tibi sit gloria ;
PATRIS Aeterni VERBUM Caro Factum ;
venite adoremus, venite adoremus,
venite adoremus DOMINUM. 30

XLII. PUER Natus in Bethlehem,
unde gaudet Jerusalem.
Hic jacet in praesepio,
Qui regnat sine termino.
Cognovit bos et asinus 5
quod PUER erat DOMINUS.
Reges de Saba veniunt,
aurum, tus, myrrham offerunt.
De Matre Natus Virgine,
sine virili semine ; 10
sine Serpentis vulnere,
de nostro venit sanguine ;
in carne nobis Similis,
peccato sed Dissimilis ;
ut redderet nos homines 15
DEO et Sibi similes.
In hoc natali gaudio
benedicamus DOMINO.
Gloria Tibi, DOMINE,
Qui Natus es de Virgine. 20
Laudetur Sancta TRINITAS,
DEO dicamus gratias.

XLIII. Hostis Herodes impie,
CHRISTUM venire quid times?
non arripit mortalia,
Qui regna dat Coelestia.
Ibant Magi, quam viderant 5
stellam sequentes praeviam;
LUMEN requirunt lumine,
DEUM fatentur munere.
Lavacra puri gurgitis
Coelestis AGNUS attigit; 10
peccata quae non detulit
nos abluendo sustulit.
Novum genus potentiae
aquae rubescunt hydriae,
vinumque jussa fundere 15
mutavit unda originem.
Gloria Tibi, DOMINE,
Qui apparuisti hodie,
cum PATRE et SANCTO SPIRITU
in sempiterna secula. Amen. 20

XLIV. A PATRE UNIGENITUS
ad nos venit per Virginem,
Baptisma Cruce consecrans,
cunctos fideles generans;
de Coelo celso prodiit, 5
excepit formam hominis,
facturam morte Redimens,
gaudia vitae Largiens;
hoc Te, REDEMPTOR, quaesumus,
illabere propitius, 10

clarumque nostris sensibus
lumen praebe fidelibus;
  mane nobiscum DOMINE,
noctem obscuram remove,
omne delictum ablue, 15
piam medelam tribue.
  Quem jam venisse novimus,
redire item credimus;
sceptrum Tu Tuum inclutum
Tuo defende clypeo. 20
  Gloria Tibi, Domine,
Qui apparuisti hodie. (XLIII.)

XLV. O sola magnarum urbium
major Bethlem, cui contigit
DUCEM SALUTIS Coelitus
Incorporatum gignere.
  Haec stella, quae solis rotam 5
vincit decore ac lumine,
venisse terris nunciat
cum carne terrestri DEUM.
  Videre postquam Illum Magi
Eoa promunt munera, 10
stratique votis offerunt
tus, myrrham, et aurum regium.
  REGEM, DEUM que annuntiant
thesaurus, et fragrans odor
turis Sabaei; ac myrrheus 15
pulvis Sepulcrum praedocet.
  JESU, Tibi sit gloria,
Qui apparuisti gentibus. (XLIII.)

XLVI. Alleluia, dulce carmen,
vox perennis gaudii,
Alleluia vox suavis
est Choris Coelestibus,
quam canunt Dei manentes 5
in Domo per secula.
Alleluia laeta mater
concivis Hierusalem,
Alleluia vox tuorum
Civium gaudentium; 10
exsules nos flere cogunt
Babylonis flumina;
Alleluia non meremur
nunc perenne psallere,
Alleluia nos reatus 15
cogit intermittere;
tempus instat, quo peracta
lugeamus crimina.
Unde laudando precamur
Te Beata Trinitas, 20
ut Tuam nobis videre
Pascha des in aethere,
quo Tibi laeti canamus
Alleluia dulciter.

XLVII. Ex more docti mystico
servemus hoc jejunium,
deno dierum circulo
ducto quater notissimum.
Lex et Prophetae primitus 5
hoc praetulerunt, postmodum

CHRISTUS sacravit, omnium
Rex atque Factor temporum.
Utamur ergo parcius
verbis, cibis, et potibus, 10
sompno, jocis, et arctius
perstemus in custodia;
vitemus autem pessima
quae subruunt mentes vagas,
nullumque demus callidi 15
Hostis locum tyrannidi;
dicamus omnes cernui,
clamemus atque singuli,
ploremus ante JUDICEM,
flectamus iram vindicem. 20
Nostris malis offendimus
Tuam, DEUS, clementiam;
effunde nobis desuper,
REMISSOR, indulgentiam;
memento quod sumus Tui, 25
licet caduci, plasmatis;
ne des honorem Nominis
Tui, precamur, alteri;
laxa malum quod fecimus,
auge bonum quod poscimus, 30
placere quod tandem Tibi
possimus hic et perpetim.
Praesta Beata TRINITAS,
concede Simplex UNITAS,
ut fructuosa sint Tuis 35
jejuniorum munera. Amen.

XLVIII. CHRISTE, Qui Lux es et Dies,
noctis tenebras detegis,

lucis Lumenque crederis,
lumen beatum praedicans;
precamur, Sancte DOMINE, 5
defende nos in hac nocte,
sit nobis in Te requies,
quietam noctem tribue:
ne gravis sompnus irruat,
nec Hostis nos surripiat, 10
nec caro illi consentiens
nos Tibi reos statuat;
oculi sompnum capiant,
cor ad Te semper vigilet,
Dextera Tua protegat 15
famulos qui Te diligunt.
Defensor noster, aspice,
insidiantes reprime,
guberna Tuos famulos
quos Sanguine mercatus es. 20
Memento nostri, DOMINE,
in gravi isto corpore,
Qui es Defensor animae
adesto nobis DOMINE.
DEO PATRI sit gloria. (IX.) 25

XLIX. Summi Largitor praemii,
Spes Qui es Unica mundi,
preces intende servorum
ad Te devote clamantum.
Nostra Te conscientia 5
grave offendisse monstrat,
quam emundes supplicamus
ab omnibus piaculis;

si renuis, quis tribuet?
indulge, quia Potens es; 10
Te corde rogare mundo
fac nos, precamur, DOMINE.
Ergo nunc accepta nostrum,
Qui sacrasti, jejunium,
quo mystice paschalia 15
capiamus sacramenta.
Summa nobis hoc conferat
in DEITATE TRINITAS,
in Qua gloriatur Unus
per cuncta secula DEUS. Amen. 20

L. Audi, Benigne CONDITOR,
nostras preces cum fletibus,
in hoc sacro jejunio
fusas quadragenario.
Scrutator Alme cordium, 5
infirma Tu scis virium;
ad Te reversis exhibe
remissionis gratiam;
multum quidem peccavimus,
sed parce confitentibus; 10
ad laudem Tui Nominis,
confer medelam languidis;
sic corpus extra conteri
dona per abstinentiam,
jejunet ut mens sobria 15
a labe prorsus criminum.
Praesta, Beata TRINITAS. (XLVII.)

LI. Jam ter quaternis trahitur
horis dies ad vesperas,

occasu sol pronunciat
noctis redire tempora;
nos ergo signo DOMINI 5
tutemur claustra pectoris,
ne Serpens ille callidus
intrandi tentet aditus;
sed armis pudicitiae
mens fulta vigil libere, 10
sobrietate comite,
Hostem repellat improbum;
sed nec ciborum crapula
tandem distendat corpora,
ne vi per sompnum animam 15
ludificatam polluat.
Praesta, Beata TRINITAS. (XLVII.)

LII. Ecce, tempus idoneum,
medicina peccaminum,
quibus DEUM offendimus
corde, verbis, operibus;
Qui Pius et Propitius 5
nobis pepercit hactenus,
ne nos cum nostris perderet
tantis iniquitatibus.
Hunc igitur jejuniis,
cum precibus et lacrimis, 10
multisque bonis aliis,
placemus devotissimi;
ut nos, a cunctis sordibus
Purgans, ornet virtutibus,
Angelicis et coetibus 15
coujungat in Coelestibus.

Sit Benedictus GENITOR,
Ejusque UNIGENITUS,
cum SPIRITU PARACLITO
Trinus et Unus DOMINUS. Amen. 20

LIII. Clarum decus jejunii
monstratur orbi Coelitus,
quod CHRISTUS, Auctor omnium,
cibis dicavit Abstinens;
hoc Moyses carus DEO 5
legisque lator factus est,
hoc Elias per aera
curru levatur igneo;
hinc Daniel mysteria
victor leonum viderat, 10
per hoc amicus intimus
SPONSI Joannes claruit.
Haec nos sequi dona, DEUS,
exempla parsimoniae,
Tu robur auge mentium, 15
dans spiritale gaudium.
Praesta PATER per FILIUM,
praesta per ALMUM SPIRITUM,
cum His per aevum triplici
Unus DEUS cognomine. Amen. 20

LIV. JESU, quadragenariae
Dicator abstinentiae,
Qui ob salutem mentium
hoc sanxeras jejunium;
quo Paradiso redderes, 5
servata parsimonia,

quos inde gastrimargia
illecebrosa depulit;
adesto nunc Ecclesiae,
adesto poenitentiae, 10
quae pro suis excessibus
orat profusis fletibus;
Tu retroacta crimina
Tua remitte gratia,
et a futuris adhibe 15
custodiam, Mitissime;
ut expiati animis
jejuniorum victimis,
tendamus ad paschalia
digne colenda gaudia. 20
Praesta PATER per FILIUM. (LIII.)

LV. O NAZARENE, Lux Bethlem, VERBUM PATRIS,
Quem partus alvi virginalis protulit;
adesto castis, CHRISTE, parsimoniis,
festumque nostrum Rex Serenus aspice,
jejuniorum dum litamus victimam. 5
Nil hoc profecto purius mysterio,
quo fibra cordis expiatur lividi,
intemperata quo domantur viscera,
arvina putrem ne resudans crapulam
obstrangulatae mentis ingenium premat. 10
Sit TRINITATI in UNITATE gloria,
sit UNITATI in TRINITATE gratia,
potestas, honor, atque jubilatio,
nostra benigne cum benevolentia
jejuniorum Acceptanti munera. 15

LVI. Vexilla Regis prodeunt,
fulget Crucis mysterium,
quo Carne carnis Conditor
suspensus est patibulo;
confixa clavis Viscera, 5
tendens Manus vestigia,
Redemptionis gratia,
hic Immolata est Hostia;
quo Vulneratus insuper
mucrone dirae lanceae, 10
ut nos lavaret crimine,
manavit Unda Sanguine.
Impleta sunt quae concinit
David fidelis carmine,
dicens: in nationibus 15
regnavit a ligno Deus.
Arbor decora et fulgida,
ornata Regis purpura,
electa digno stipite
tam Sancta Membra tangere; 20
beata cujus brachiis
secli pependit Pretium,
statera facta est Corporis,
praedamque tulit Tartari.
O Crux, ave, spes unica, 25
hoc Passionis tempore,
auge piis justitiam,
reisque dona veniam.
Te, Summa Deus Trinitas,
collaudet omnis spiritus; 30
quos per Crucis mysterium
salvas, rege per secula. Amen.

LVII. Cultor Dei memento
te Fontis et lavacri
rorem subisse sanctum,
te chrismate innovatum;
fac, quum, vocante sompno, 5
castum petis cubile,
frontem locumque cordis
Crucis figura signet.
Crux pellit omne crimen,
fugiunt Crucem tenebrae, 10
tali dicata signo
mens fluctuare nescit.
Procul, o procul, vagantum
portenta sompniorum,
procul esto pervicaci 15
praestigiator astu;
o tortuose Serpens,
qui mille per maeandros,
fraudesque flexuosas
agitas quieta corda; 20
discede, Christus hic est,
hic Christus est, liquesce,
signum, quod ipse nosti,
dampnat tuam catervam.
Corpus licet fatiscens 25
jaceat recline paulum,
Christum tamen sub ipso
meditabimur sopore.
Gloria Aeterno Patri,
et Christo Vero Regi, 30
Paraclito que Sancto,
et nunc et in perpetuum. Amen.

LVIII. Pange, lingua, gloriosi
praelium certaminis,
et super Crucis tropaeum
dic triumphum nobilem,
qualiter REDEMPTOR orbis 5
Immolatus vicerit.
De parentis protoplasti
fraude FACTOR condolens,
quando pomi noxialis
morsu in mortem corruit, 10
Ipse lignum tunc notavit,
dampna ligni ut solveret.
Hoc opus nostrae Salutis
ordo depoposcerat,
multiformis Proditoris 15
ars ut artem falleret,
et medelam ferret inde
Hostis unde laeserat.
Quando venit ergo sacri
plenitudo temporis, 20
missus est ab arce PATRIS
NATUS, orbis CONDITOR,
atque ventre virginali
Caro Factus prodiit.
[Vagit Infans inter arcta 25
Conditus praesepia,
membra pannis involuta
Virgo Mater alligat,
et Pedes Manusque DEI
stricta cingit fascia.] 30
Lustra sex Qui jam peracta
tempus implens Corporis,

Se Volente, Natus ad hoc,
Passioni Deditus,
AGNUS in Cruce levatur, 35
Immolandus stipite.
Hic acetum, fel, arundo,
sputa, clavi, lancea,
mite Corpus perforatur,
Sanguis unda profluit; 40
terra, pontus, astra, mundus,
quo lavantur flumine.
Crux fidelis, inter omnes
arbor una nobilis,
nulla silva talem profert, 45
fronde, flore, germine;
dulce lignum, dulces clavos,
dulce Pondus sustinet.
Flecte ramos, arbor alta,
tensa laxa viscera, 50
et rigor lentescat ille,
quem dedit nativitas,
et Superni Membra REGIS
miti tendas stipite;
sola digna tu fuisti 55
ferre Pretium seculi,
atque portum praeparare
nauta mundo naufrago,
quem sacer Cruor perunxit
fusus AGNI Corpore. 60
Gloria et honor DEO
usquequo Altissimo,
una PATRI FILIO que
Incluto PARACLITO,

Cui laus est et potestas 65
per aeterna secula. Amen.

LIX. Crux benedicta nitet, DOMINUS qua Carne pependit,
atque Cruore Suo vulnera nostra lavit;
Mitis amore pio, pro nobis Victima Factus,
traxit ab ore Lupi qua Sacer AGNUS oves;
transfixis Palmis ubi mundum a clade redemit, 5
atque Suo clausit Funere mortis iter;
hic Manus illa fuit clavis confixa cruentis
quae eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens, o dulce et nobile lignum,
quando tuis ramis tam nova poma geris; 10
cujus odore novo defuncta cadavera surgunt,
et redeunt vitae qui caruere die.
Nullum uret aestus sub frondibus arboris hujus;
luna nec in nocte, sol neque meridie.
Tu plantata micas secus est ubi cursus aquarum, 15
spargis et ornatas flore recente comas;
appensa est Vitis inter tua brachia, de Qua
dulcia sanguineo vina rubore fluunt.

LX. Surrexit CHRISTUS hodie,
humano pro solamine; Alleluia;
mortem Qui Passus pridie,
miserrimo pro homine; Alleluia.
Mulieres ad tumulum 5
dona ferunt aromatum, Alleluia,
quaerentes JESUM DOMINUM,
Qui est SALVATOR hominum; Alleluia.

Album cernentes Angelum,
annunciatum gaudium: Alleluia, 10
mulieres o tremulae,
in Galilaeam pergite; Alleluia;
discipulis hoc dicite,
quod surrexit Rex gloriae; Alleluia.
Petro dehinc et ceteris 15
apparuit Apostolis; Alleluia.
In hoc paschali gaudio
benedicamus DOMINO; Alleluia;
gloria Tibi, DOMINE,
Qui surrexisti a morte; Alleluia; 20
laudetur Sancta TRINITAS,
DEO dicamus gratias; Alleluia.

LXI. Chorus Novae Hierusalem
novam meli dulcedinem
promat, colens cum sobriis
paschale festum gaudiis;
quo CHRISTUS Invictus Leo, 5
Dracone Surgens obruto,
dum voce viva personat,
a morte functos excitat;
quam devorarat improbus
praedam refudit Tartarus, 10
captivitate libera
JESUM sequuntur agmina;
triumphat Ille splendide,
et Dignus amplitudine,
soli Polique patriam 15
unam facit rempublicam.

Ipsum canendo supplices
REGEM precemur milites,
ut in Suo clarissimo
nos ordinet Palatio. 20
Per secla metae nescia
PATRI Supremo gloria
honorque sit, cum FILIO,
et SPIRITU PARACLITO. Amen.

LXII. JESU, SALVATOR seculi,
VERBUM PATRIS Altissimi,
Lux lucis Invisibilis,
Custos Tuorum Pervigil;
Tu, Fabricator omnium, 5
Discretor atque temporum,
fessa labore corpora
noctis quiete recrea;
ut dum gravi in corpore
brevi manemus tempore, 10
sic caro nostra dormiat,
ut mens in CHRISTO vigilet.
Te deprecamur supplices,
ut nos ab Hoste liberes,
ne valeat seducere 15
Tuo redemptos Sanguine.
Quaesumus, AUCTOR omnium,
in hoc paschali gaudio,
ab omni Mortis impetu
Tuum defende populum. 20
Gloria Tibi DOMINE,
Qui surrexisti a mortuis,

cum Patre et SANCTO SPIRITU
in sempiterna secula. Amen.

LXIII. Aurora lucis rutilat,
Coelum laudibus intonat,
mundus exsultans jubilat,
gemens Infernus ululat;
quum Rex Ille Fortissimus, 5
mortis confractis viribus,
Pede Conculcans Tartara,
solvit a poena miseros.
Ille, Qui, Clausus lapide,
custoditur sub milite, 10
Triumphans pompa nobili
Victor surgit de funere.
Solutis jam gemitibus
et Inferni doloribus,
quia: Surrexit DOMINUS, 15
resplendens clamat Angelus.
Tristes erant Apostoli
de Nece sui DOMINI,
Quem poena Mortis crudeli
servi damnarant impii, 20
Sermone blando Angelus
praedixit mulieribus,
in Galilaea DOMINUS
Videndus est quantocius;
illæ dum pergunt concitae, 25
Apostolis hoc dicere,
videntes Eum vivere,
osculantur Pedes DOMINI.

Quo agnito, Discipuli
in Galilaeam propere 30
pergunt, videre Faciem
desideratam DOMINI.
Claro paschali gaudio
sol mundo nitet radio,
quum CHRISTUM jam Apostoli 35
visu cernunt corporeo.
Ostensa sibi Vulnera
in CHRISTI Carne fulgida
resurrexisse DOMINUM
voce fatentur publica. 40
Rex CHRISTE Clementissime,
Tu corda nostra posside,
ut Tibi laudes debitas
reddamus omni tempore.
Quæsumus, ACUTOR omnium. (LXII). 45

LXIV. Ad Coenam AGNI providi,
et stolis albis candidi,
post transitum Maris Rubri,
CHRISTO canamus Principi;
Cujus Corpus Sanctissimum 5
in ara Crucis torridum,
Cruore Cujus roseo
gustando vivimus DEO;
protecti paschae vespere
a devastante Angelo, 10
erepti de durissimo
Pharaonis imperio.
Jam Pascha nostrum CHRISTUS est,
Qui Immolatus AGNUS est;

Sinceritatis Azyma 15
Caro Ejus oblata est.
O vere Digna Hostia,
per Quem fracta sunt Tartara,
redempta plebs captivata,
reddita vitae praemia. 20
Consurgit CHRISTUS tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum Trudens vinculo
et Reserans Paradisum.
Quæsumus, AUCTOR omnium. (LXII.) 25

LXV. Aeterne REX Altissime,
REDEMPTOR et fidelium,
Quo mors soluta deperit,
datur triumphus gratiae;
Scandens tribunal Dexterae 5
PATRIS, potestas omnium
collata est JESU Coelitus,
quae non erat humanitus;
ut trina rerum machina,
coelestium, terrestrium, 10
et inferorum condita,
flectat genu jam subdita.
Tremunt videntes Angeli,
versa vice mortalium,
culpat Caro, purgat Caro, 15
regnat DEUS DEI Caro.
Tu, CHRISTE, nostrum Gaudium,
Manens Olympo Praemium,
mundi regis Qui fabricam,
mundana Vincens gaudia; 20

hinc Te precantes quaesumus,
ignosce culpis omnibus,
et corda sursum subleva
ad Te superna gratia;
ut quum repente coeperis 25
clarere nube JUDICIS,
poenas repellas debitas,
reddas coronas perditas.
Tu esto nostrum Gaudium,
Qui es Futurus Praemium; 30
sit nostra in Te gloria,
per cuncta semper secula.
Gloria Tibi, DOMINE,
Qui scandis supra sidera,
cum PATRE et SANCTO SPIRITU 35
in sempiterna secula. Amen.

LXVI. JESU, nostra Redemptio,
Amor et Desiderium,
DEUS Creator omnium,
Homo in fine temporum;
quæ Te vicit clementia 5
ut nostra ferres crimina,
crudelem mortem Patiens,
ut nos a morte tolleres;
inferni claustra Penetrans,
Tuos captivos Redimens, 10
Victor triumpho nobili
ad Dextram PATRIS Residens;
Ipsa Te cogat Pietas
ut mala nostra superes,
parcendo, et voti compotes 15

nos Tuo vultu saties.
Tu esto nostrum Gaudium. (LXV.)

LXVII. Hymnum canamus gloriæ,
hymni novi nunc personent,
CHRISTUS novo cum tramite
ad PATRIS ascendit Thronum.
Apostoli tunc mystico 5
in monte stantes chrismatis
cum Matre clara Virgine
JESU videbant gloriam;
quos alloquentes Angeli:
quid astra stantes cernitis? 10
SALVATOR Hic est, inquiunt,
JESUS triumpho nobili;
sicque Venturum asserunt,
quemadmodum Hunc viderunt,
summa polorum culmina 15
scandere JESUM splendida.
Da nobis illuc sedula
devotione tendere,
quo Te sedere cum PATRE
in arce Regni credimus. 20
Tu esto nostrum Gaudium. (LXV.)

LXVIII. Coelos ascendit hodie, Alleluia,
JESUS CHRISTUS Rex gloriae; Alleluia;
sedet ad PATRIS Dexteram, Alleluia,
gubernat coelum et terram; Alleluia.
Jam finem habent omnia Alleluia, 5
patris Davidis carmina; Alleluia;
jam DOMINUS cum DOMINO Alleluia,
sedet in DEI solio; Alleluia.

In hoc triumpho maximo Alleluia,
benedicamus DOMINO; Alleluia; 10
Gloria Tibi, DOMINE, Alleluia,
Qui scandis supra sidera; Alleluia;
laudetur Sancta TRINITAS, Alleluia,
DEO dicamus gratias; Alleluia.

LXIX. Jam CHRISTUS astra ascenderat
Regressus unde venerat,
Promisso PATRIS Munere,
SANCTUM daturus SPIRITUM;
Sollennis urgebat dies, 5
quo mystico septemplici
orbis volutus septies
signat beata tempora;
dum hora cunctis tertia
repente mundus intonat, 10
orantibus Apostolis
DEUM venisse nunciat;
de PATRIS ergo lumine
decorus ignis advenit,
qui fida CHRISTI pectora 15
calore Verbi compleat.
Impleta gaudent viscera,
afflata SANCTO SPIRITU,
voces diversas intonant,
fantur DEI magnalia; 20
ex omni gente cogniti,
Graecis, Latinis, Barbaris;
cunctisque admirantibus,
linguis loquuntur omnium.

Judaea tunc incredula, 25
vesana torvo spiritu,
ructare musti crapulum
alumnos CHRISTI concrepat;
sed signis et virtutibus
occurrit et docet Petrus, 30
falsa profari perfidos,
Joelis testimonio.
Dudum sacrata pectora
Tua replesti gratia,
dimitte nunc peccamina, 35
et da quieta tempora.
Sit laus PATRI cum FILIO,
SANCTO simul PARACLITO,
nobisque mittat FILIUS
Charisma SANCTI SPIRITUS. Amen. 40

LXX. Veni CREATOR SPIRITUS,
mentes Tuorum visita,
imple superna gratia
quae Tu creasti pectora;
Qui PARACLITUS diceris, 5
Donum DEI Altissimi,
Fons Vivus, Ignis, Caritas,
et Spiritalis Unctio;
Tu Septiformis munere,
Dextrae DEI Tu Digitus, 10
Tu rite Promissum PATRIS,
sermone Ditans guttura;
accende lumen sensibus,
infunde amorem cordibus,

infirma nostri corporis 15
virtute Firmans perpeti;
Hostem repellas longius,
pacemque dones protinus,
Ductore sic Te Praevio
vitemus omne noxium; 20
per Te sciamus da PATREM,
noscamus atque FILIUM,
Teque Utriusque SPIRITUM
credamus omni tempore.
Sit laus PATRI, cum FILIO. (LXIX.) 25

LXXI. Alma chorus DOMINI nunc pangat Nomina Summi.
Messias, Soter, Emanuel, Sabaoth Adonai,
est Unigenitus, Via, Vita, Manus, Homoousion,
Principium, Primogenitus, Sapientia, Virtus,
Alpha, Caput Finisque simul, vocitatur et est O, 5
Fons et Origo boni, Paraclitus ac Mediator,
Agnus, Ovis, Vitulus, Serpens, Aries, Leo, Vermis,
Os, Verbum, Splendor, Sol, Gloria, Lux et Imago,
Panis, Flos, Vitis, Mons, Janua, Petra, Lapisque,
Angelus et Sponsus, Pastorque, Propheta, Sacerdos, 10
Athanatos, Kyrios, Theos, et Pantoncrator JESUS;
Salvificet nos; sit Cui secla per omnia doxa. Amen.

LXXII. Beata nobis gaudia
anni reduxit orbita,
quum SPIRITUS PARACLITUS
effulsit in discipulos;

ignis vibrante lumine 5
linguae figuram detulit,
verbis ut essent proflui,
et caritate fervidi;
linguis loquuntur omnium,
turbae pavent gentilium, 10
musto madere deputant
quos SPIRITUS repleverat;
patrata sunt haec mystice,
paschae peracto tempore,
sacro dierum numero 15
quo lege fit remissio.
Te nunc DEUS Piissime,
vultu precamur cernuo,
illapsa nobis Coelitus
largire dona SPIRITUS. 20
Dudum sacrata pectora. (LXIX.)

LXXIII. Laudes DEO devotas
dulci voce ac sonora,
plebs resultet catholica;
SPIRITUS SANCTI gratia
Apostolis, die hodierna, 5
in igneis linguis est infusa.
PARACLITI Praesentia
emundet nos a peccati macula,
pura Sibi Aptans habitacula,
charismatum et munera 10
pectoribus nostris Pius infundat,
vita nostra Ei ut complaceat;
per seculorum secula

conclamemus Alleluia;
sit DEO laus, potestas, 15
honor, virtus et gloria. Amen.

LXXIV. Adesto Sancta TRINITAS,
Par Splendor, Una DEITAS,
Qui exstas rerum omnium
sine fine Principium.
Te Coelorum Militia 5
laudat, adorat, praedicat,
triplexque mundi machina
benedicit per secula.
Assumus et nos cernui
Te adorantes famuli, 10
vota precesque supplicum
hymnis junge Coelestium.
Unum Te Lumen credimus,
Quod et Ter Idem colimus,
Alpha et O Quem dicimus, 15
Te laudat omnis spiritus.
Laus PATRI sit Ingenito,
laus Ejus UNIGENITO,
laus sit SANCTO SPIRITUI,
Trino DEO et Simplici. Amen. 20

LXXV. O PATER Sancte, Mitis, atque Pie,
o JESU CHRISTE, FILI Venerande,
PARACLITE que SPIRITUS, o Alme
DEUS Aeterne.
TRINITAS Sancta, Unitasque Firma, 5
DEITAS Vera, BONITAS Immensa,

Lux Angelorum, Salus orphanorum,
Spesque cunctorum.
Serviunt Tibi cuncta quae creasti,
Te Tuae cunctae laudant creaturae, 10
nos quoque Tibi psallimus devote,
Tu nos exaudi.
Gloria Tibi, Omnipotens DEUS,
Trinus et Unus, Magnus et Excelsus,
Te decet hymnus, honor, laus et decus, 15
nunc et in aevum. Amen.

LXXVI. Te DEUM PATREM colimus,
Te laudibus prosequimur;
Qui corpus cibo reficis,
coelesti mentem gratia.
Te adoramus, o JESU, 5
Te FILI UNIGENITE,
Te Qui non dedignatus es
subire claustra Virginis;
Actus in Crucem, Factus es
Irato DEO Victima; 10
per Te, SALVATOR Unice,
vitae spes nobis rediit.
Tibi, Aeterne SPIRITUS,
Cujus afflatu peperit
Infantem DEUM, Maria, 15
Aeternum benedicimus,
Triune DEUS, hominum
Salutis Auctor Optime,
immensum hoc mysterium
orante lingua canimus. 20

EXPLICIT

HYMNORUM DELECTUS

PARS PRIMA.

ADVERTISEMENT.

It is proposed to include in the *Bibliotheca Sacra Parvulorum*:

A Selection of Latin Hymns, Sequences, Canticles, and Antiphons. (It is hoped to complete this in five numbers.)

A Selection of Preces.

Extracts from Ancient and Later Latin Service Books of the Church of England.

A Selection of Greek Hymns and Prayers.

Extracts from Service Books of the Eastern Church.

The Psalter, and other portions of Holy Scripture, in Greek and Latin.

Select portions of the Greek and Latin Fathers.

Select portions of Church Historians and Chroniclers.

The whole to be illustrated with brief Notes in English.

*** The Editor invites communications (addressed to him at the Publishers'), from all who feel an interest in his series. He desires principally to supply a set of Sunday Books for the Boys of our Grammar Schools, but trusts that these books will not be without value to many other students also.

It is hoped to issue the Second Part of the "HYMNORUM DELECTUS" on the first of March, 1861.

EXCUDEBANT S. STRAKER ET FILII, IN VICO DICTO BISHOPSGATE,